



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 135. Rerum status in Neapolis Regno.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

vero Francorum Regi fidem ac obsequium Sæcul. XV.  
 interea profiteretur : A C 1428.  
 hoc temporis intervallo, si Rex Angliæ  
 prætenso suo juri cedere vellet, pacem  
 concludendam esse ; secus vero eidem,  
 ut jus suum armorum potentia persequeretur, liberum fore. Verum cum non  
 solum Gallis, sed etiam Anglis hoc consilium minime probaretur, conventus o-  
 mnino dissolvi cœpit, & pace necquidquam expectata, belli flamma denuo re-  
 vixit.

### §. CXXXV.

#### *Rerum status in Regno Neapolis.*

In Italia Cardinalis Vitellescus armis suis, *Summont.*  
 atque victoriis universum Neapolis Re- *hist. Neap. I. 4*  
 gnum, pulso Alphonso Arragonio, qui  
 illud sibi subjicere nitebatur, haud diffi-  
 cili negotio aut Romanæ Ecclesiæ, aut  
 Renato Duci Andegavensi legitimo hæ-  
 redi vindicare potuisset ; ille vero sive  
 vano metu perterritus, sive alia occulta  
 de caussa, a feliciter cœptis ignominiose  
 destitutus, in hoc vel maxime reprehendi-  
 densus, quod inducias Alphonso conces- *Antonin tit.*  
 sisset : nisi forte eum in finem id fecerit, *22. c. II. §. 20.*  
 ut eo cautius consilia, quæ contra hunc  
 Regem foverat, occultaret ; hunc enim,  
 dum nil sollicitus in vico quodam Nata-  
 le Domini celebraret, ex infidiis interfici-  
 cere

Sæcul. XV. cere constituerat, quod & executus fu-  
A.C. 1438. set, nisi Alphonsus de proditione edo-  
ctus, celeri fuga sibi consuluisset.

## §. CXXXVI.

*Neapolis ab Alphonso cincta, sed pa-*  
*post liberata.*

*Marian. L. 21* Renatus Andegavensis, postquam libe-  
c. 13. ratatem suam a Burgundiæ Duce pro-  
*Surita 14.* tio redemerat, triremibus Genuenium  
c. 50. stipatus, Neapolim venit, multisque op-  
pidis qua vi qua deditione occupatis, Al-  
phonsum ad pugnam provocavit. Hi-  
vero oblatam prælia copiam accepta  
simulans, post varias, fictasque copiarum  
suarum circuitiones Neapolim totius Re-  
gni caput obsidione cinxit, quam urbanus  
Renato absente, & ejus exercitu in ful-  
gendifis aliis locis occupato, facili nego-  
tio in suam potestatem redigere pre-  
rabat: nihilominus Alphonsus ab urbe  
recedere coactus est. Hanc obsidionem  
Mariana, aliquique Hispani Scriptores, que-  
rum chronologiam sequimur, ad pre-  
sentem annum revocant: Itali vero eam  
seuenti recensent. In dicta obsidione  
Petrus Alphonsi Regis frater tormenti  
globo ad terram illiso, & inde quaternis  
vicibus refracto percussus illico occubuit.  
Hic erat Princeps præclaris animi doni-